





8786

56.

891

1648

4

4

DEO OTIMO MAXIMO FORTUNANTE
 ENODATIONEM
 LEG. XXIII. TIT.
 PANDECTARUM
 POSTREMI,

Quæstionibus materiæ subjectæ
 convenientibus illustratam, & ad disputandum

In Inchtâ Leucoræâ

Ex Decreto atq; Authoritate Amplissimâ
 Collegij Juridici propositam,

SUB PRÆSIDIO

HENRICI COSELII
 de Pezlinovez Prag. J. U. D. Facult. Jurid. Assessoris,
 nec non Curia Electoralis Advocati Ordinarij,

Eruditorum Examine subijciat

LAURENTIUS FRIDERICUS Schober
 PRAGENSIS.

*Ad diem 1. Maij
 horis & loco consuetis.*

133

WITTEBERGÆ

è Calcographéo JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
 ANNO M DC XLVIII.



192

DEO OPTIMO MAXIMO

IN HONORE

ELIABETHAE

MAXIMILIANAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

192

AVGUSTAE

AVGUSTAE

AVGUSTAE

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO QUE
DOMINO

D. GUIDOBALDO,
COMITI DE THUN,

Domino in Teßschen & Glösterle/ Archiepiscopatus
Salisburgensis Decano, Consistoriiq; PRÆSIDI Emi-
nentissimo, nec non Archiepiscopi
Consiliario Intimo,
Domino suo Clementissimo.

Cum longis jam regionum spatiis disjungar, in-
deq; haudquaquam permittatur auspicatissi-
mam TUAM, ILLUSTRIS ac GENEROSISSIME
COMES, osculari dextram, dabis veniam, REVE-
RENDISSIME DOMINE, si illorum nunc sequi
morem instituiam, qui in coelum allegant preces,
ipsumq; adeò Divinum, licet coram intueri haud pos-
sint, Numen devotâ prosequuntur mente. Impellunt
me scilicet ac rapiunt quasi infinita TUA, COMES
GRATIOSISSIME, in Ecclesiam pariter ac Patriam to-
tamq; adeò literariam rem merita; quorum fructus
cum ad singulos pertineant, & me quoq; ambitu suo
complectantur, tacere diutius, ingrati prorsus esse
existimavi. Maximè dum cogito, me non eâ tantum
parte



parte TIBI, DOMINE, audire obstrictum, adeoq; non
publicas solum testandi pietatem habere causas, sed
& domesticis prætereà adduci. Postquam enim pro
inimitabili, gentili atq; innata Clementia TUA, CO-
MES GRATIOSISSIME, fovere benignè Musas cepisti,
ex eo sane tempore anxius in primis, prout debui, fru-
rimatusq; diligenter omnia sum, quâ scilicet ratione
testari quodammodo animi gratitudinem possem.
Nec equidem invenire aliud quicquam potui, quam
legalem hanc Exercitationem, quâ simul animum,
in æternum vectigalem TIBI, ILLUSTRIS ac GENE-
ROSISSIME COMES, ac mancipatum dedico. Nihil
utiq; metuens, ut gratus satis videar: cum maxima,
laudis TUÆ, REVERENDISSIME DOMINE, pars sit,
ita obligare homines, ut grati satis esse haudquaquam
possint. Usq; adeo sicut abundè aliàs, ita & hic quoq;
imitaris DEUM, cui TE, DOMINE, devotè, & quò ma-
gis de affectu constare queat, ex ipsa animi mente
commendo.

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

Humillimus Clientis

Laurentius Fridericus Schober.



I. N. J.

LEX XXIII.

Contractus) Contractus (a) .est con-
ventio (b) obligatoria (c) habens specia-
le nomen (d) aut eo deficiente causam (e).

(a) Unde descenderit vox contractus, quærere supervacuum est, vid. Riemer de contractib, tract. 1. c. 1. §. 2, Mozz de contractib. art. 1. n. 15. & seqq. Acceptio ejus in jure nostro varia est, I. Quamlibet obligationem comprehendit, ut ubicunq; quis obligetur, contrahi videatur l. omnem 20. D. de judic. Unde nomine contractus latissimè delicta venire Dd. in d. l. omnem, concludunt vid. l. si rerum a-motarum 52. D. de re judic. l. ut puta 2. §. fin. ibi: sed hic quoq; crimen contrahit D. de condict. ob turp. causam l. post contractum 15. D. de do-nat. l. fin. ibi: apud quos crimen contractum ostenditur D. de Accusat. l. repetita. 3. ibi: sed falsi crimen quantum ad eos, qui in hoc consenserunt, contractum non videri D. de fid. instrumentor. add. Hilliger. lib. 12. c. 6. ad Donell. lit. A. Rittersb. hic Protbeor. cap. 3. II. sumitur pro quasi contractu Inst. de obligat. que ex quasi contractu nascuntur. vid. Reinhard. Bachov. ibid. in princ. l. 1. §. debitum 6. D. de pecun. constit. Pac. Evcañ. cent. 2. quest. 91. Hinc hæres & bonorum possessor here-ditatem adeundo contrahere dicuntur l. fin. §. fin. in fin. D. de separa-tionib. l. eandem 9. D. de duob. reis constituend. l. apud Julianum 3. §. fin. ibi: etenim videtur impubes contrahere, cum adiit hereditatem l. 4. D. quib. ex causis in possession. eatur. III. Pactum legitimum quoque sub se complectitur. Donatio quippe contractus passim appel-latur. l. contractus. 17. C. de fid. instrument. l. si quis 8. C. de prescript. 30. vel. 40 annor. At verò donatio hodie non male refertur ad pa-ctum legitimum vid. Schneidw. ad princ. Inst. de don. n. 2. circa fin. & add. Hillig. lib. 13. c. fin. ad Donell. lit. C. Quarta. Contractus acceptio
A quam



(quamvis. 2. de hoc suscepto aliquid participet) nostri est propo-
siti. Quam conventionem per mutuum in idem placitum con-
sensum esse dicimus. Tantum enim abest ut contractus pro-
priè dictus carere possit consensu & conventionem, ut ab iis po-
tius substantiam accipiat. *vid. Riemer. loc. sup. cit. §. 3. & 4. Causa ef-*
ficiens contractus est, & jus Gentium & Civile arg. §. sed jus qui-
dem Civile. 2. vers. ex hoc jure Gent. omnes penè contractus Inst. de I. N.
G. & C. ubi Bachov. & Dd. communit. §. de constituta. 9. Inst. de Actio-
nib. & Inst. de literar. obligat. §. adeo 3. Inst. de locat. & conduct. & c. vid.
Mozz de contractib. art. 3. n. 13. & ferè per tot. Materialis sunt res
humanæ & functiones tam variæ, ut plura sint negotia quam vo-
cabula *arg. l. natura 4. D. de præscript. verbis.* Formalis pertinet vel
ad substantialia, solennia, naturalia, vel accidentalia. *vid.*
Schneidw. ad §. 2. Inst. de obligationib. rubr. de contractib. n. 20. 21. 22. &
23. Hottoman. quest. illustr. 37. Pac. disp. 12. §. 7. Finalis, ut certo con-
stet, in commerciis rerum, quid unicuiq; tribuendum sit, & ut æ-
qualitas commutativa pacem conserve. Sunt autem contra-
ctus vel nominati vel innominati, *de quib. infr.* Et iterum alii bonæ
fidei, alii stricti juris. *Dd. ad §. actionum 28. Inst. de Actionib.* Usurpa-
tur autem bona fides in proposito nostro de eo, quod bonum &
æquum dicitur *arg. l. bona fid. 31. D. de depositi.* Hinc contractus bonæ
fidei dicuntur, non quod alii sint malæ fidei (in omnibus enim
contractibus bona fides, quatenus significat id, quod à dolo,
fraude, & caliditate alienum est, *arg. l. bona fidei 109. D. de V. S. l. fi-*
sum fundum. 68. D. de contrahend. empt. ad esse debet l. bonam fidem
4. C. de O. & A.) sed quia bona fides in his exuberat & largius ver-
satur, & alter alteri obligatur de eo, quod ex bona fide, id est ex
bono & æquo quam præstare oportet, licet de eo inter contra-
hentes expresse non sit dictum. v. c. licet de evictione nihil inter
contrahentes expresse actum sit, attamen venditor ex natura
contractus de evictione tenetur *l. non dubitatur 6. C. de evictionib.*
Contractus verò stricti juris angustis finibus conclusi, nihil ad-
mittunt quam cujus facta est mentio. *arg. d. §. in bona fidei 28. Inst.*
de Actionib. & ibid. Schneidw. ubi vid. & add. Bocer hic c. 2. Deniq;
quidam contractus RE, contrahuntur, quidam VERBIS, qui-
dam

894.
tam LITERIS, quidam CONSENSU de quibus in §. *fn. Inst. de obligat. & tit. seqq.*

(b) Conventionis verbum generale est. *Vid. Freig. in w. de pact. in princ. v. in convent.*, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendiq; causa consentiunt qui inter se agunt. Nam sicut convenire dicuntur, qui ex diversis locis in unum colliguntur & veniunt: ita qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, in unam sententiam decurrunt *l. 1. §. conventionis 3. D. de pact. vid. Duaren. ibid.* Adeo autem conventionis nomen generale est ut dicat J. C. Ulpianus, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conventionem, si-ve re, si-ve verbis fiat. Nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est *d. l. 1. §. 3. vers. adeo autem, in fin. D. de pactis vid. l. non solum. 31. l. in omnib. 55. D. de O. & A. Hunni i. Resolut. Treutler. 30. th. 7. quest. 9. vers. nam. & hæc objectio. Riemer dict. tract. de contractib. 1. cap. 2. §. 10.*

(c) *arg. l. obligationum 3. in princ. D. de O. & A. Hilliger. lib. 12. c. 6. ad Donell. lit. C. vid. omnino Riemer dict. loco §. 7.* Hinc contractus ex se & propria facultate, sine juris adminiculo actionem habent. *l. juris Gent. conventiones 7. in princ. & §. §. seqq. D. de pactis. Borcholt. cap. 1. de pact. n. 10. Bocer. ad hanc. l. nostram c. 1. n. 37. Bachov. 1. vol. disp. Treutler. 6. th. 2. lit. D. Riemer. loco sup. cit. §. 12. ubi vid. plur.*

(d) Contractuum alii sunt nominati, alii innominati *Da ad l. 7. D. de pactis. Mozz. loco sup. alleg. art. 4. n. 9. & sequens.* Nominati dicuntur, qui habent proprium & specificum nomen à lege attributum, quod alteri contractui, nec in genere nec largo modo convenit, neq; aliud nomen assumere potest. Et ideo nominati dicuntur, quia non retinent solum nomen sui generis, conventionis scilicet, sed etiam habent speciale & proprium nomen, ut est mutuum, commodatum, pignus, depositum, stipulatio, emptio &c. *l. juris Gent. 7. §. 1. D. de pactis.* In his autem contractibus nominatis etiam re adhuc integra locus pœnitentiæ regulariter *vid. Pac. in analys. Instit. ad §. mandatum 11. de mand. non est.* Sicut enim ab initio liberum est contrahere: ita post obligationem contractam altera parte invita quis à contractu resilire non potest. *l. sicut 5. C. de O. & A.*

A 2

(e) In

(e) Innominati contractus dicuntur, qui non sic habent speciale ac proprium nomen, à jure impositum, sed utuntur communi nomine sui generis, quod pluribus etiam contractibus convenit. Et differunt principaliter ab illis in hoc, quod in his poenitentiae locus esse possit, licet in illis poenitere non liceat *l. si à servo meo pecuniam §. ubi Bartol. D. de condict. causa dat. caus. non secut. Carpz. in jurispru. Forens. Roman. Sax. part. 2. const. 33. def. 23. n. 7.* Enumerantur autem quatuor. do ut des, facio ut facias, do ut facias, & facio ut des. *de quibus in l. naturalis. §. in princ. D. de praescript. verbis. vid. Wesenb. in τ . ibid. Bocer. hic. cap. 1. n. 25. & 49. Schneid. ad §. penul. & ult. Inst. de obligat. tit. de contractib. n. 8. 9. & seqq.* Qui licet destituantur nomine speciali, nihilominus tamen habent causam, dationem nimirum vel factum, ex quo pactio vestitur. *l. juris Gent. 7. §. 2. D. de Pact. & ibid. Accurs. add. text. notabil. in l. solent. 15. D. de praescript. verb. l. 1. §. 2. D. de rer. permutat. Vult. ad princ. Inst. de obligationib. n. 35. Inst. Mejer. coll. Argent. de Pac. tb. 92. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 6. tb. 1. lit. D. & ib. Hunn.* Causam itaque cum dicimus non intelligimus eam, quae impulit ad conventionem ineundam, potest enim ea & in nudo pacto esse, ut si quis dicat, dabo tibi equum ut mihi reddas bovem, hic adjecta est causa, cur tibi equum meum dare velim, neque tamen est contractus, sed simul accedit causa, quam nos hic exigimus. id est, implementum ab alterutra parte, ut, si vel tu mihi des bovem vel ego tibi equum, tum sit protinus contractus. *d. l. 7. §. 2. & l. 15. ibi.* Et quidem conventio ista non nuda, ut quis dicat, ex pacto actionem non oriri, sed habet in se negotium aliquod & c. *D. de praescript. verb. Bernhard. Sutholt. dissert. 12. aphorism. 44. quo collimat Wesenb. in τ . de Pact. n. 9. vers. id quod ex eo sciri potest. ibi: sed eatenus tantum, quatenus res intervenit & c. l. 3. 6. 7. D. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Hinc rectissime (nostro quidem iudicio) duplicem notam Icti plerique faciunt contractuum in universum, ut vel CAUSAM habeant, vel in PROPRIUM duntaxat NOMEN. descendant. *d. l. 7. §. 1. & §. 2. item §. fin. D. de Pact. Bart. ad d. l. 7. Hunius lib. 3. Resolut. sup. instit. tract. 2. §. 1. in fin. Sutholt. loc. sup. cit. aphorism. 45. & seqq. add. omnino Riemer. de contractib. tract. 1. cap. 2. §. 13.*

quidam

Quidam dolum malum duntaxat, quidam & dolum & culpam
 In omnibus contractibus quinque considerari solent. Dolus, lata, levis, levissima culpa, & casus fortuitus. Per dolum intelligimus omnem fraudulentam machinationem alterius decipiendi causa adhibitam. *l. 1. §. dolum i. D. d. dolo malo.* Quotiescunque igitur de industria, & consulto id agitur, ut alter deceptus laedatur: tunc dolus malus verè admissus est. *Donell. lib. 19. Comment. jur. Civil. cap. 40. jul. Pac. ad. l. pignus 9. n. 17. 18. & 19. C. d. pignorat act.* Est autem duplex, manifestus nimirum & præsumptus. Manifestus est omnis calliditas & machinatio ad decipiendum fallendumque; alterum, manifeste adhibita. *l. 1. §. 1. D. d. dol. mal. l. dolum 6. C. eod.* dolus autem præsumptus, qui à Bartol. in *l. quod Nerva 32. D. d. deposit.* & aliis latior culpa, scilicet, versutia appellatur dicitur, quoties quis id non facit, quod jure facere tenetur, sed fallit atque decipit alium adhibita machinatione præsumptivè. *vid. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. n. 7. & seqq. Paul. d. Castr. in d. l. quod Nerva 32. D. deposit.* Lata culpa est iniuria quædam, h. e. crassa & supina ignavia atque negligentia. *Sine grose Unachtsamkeit oder Nachlässigkeit / arg. l. cedere diem 213. §. fin. l. lata 223. & l. magna negligentia 226. D. d. V. S. & ibid. Gedd.* Et est alia versutia alia ignavia. Culpa versutia est cum quis ex versuto & malo animo res alienas affectata segnitie negligit, cum in rebus suis curandis & constituendis providus sit & diligens. *vid. d. l. quod Nerva 32. D. depositi.* Hæc culpa ubique in civilibus *arg. l. in L. Cornelia 7. D. ad l. Corneliæ de sicar.* dolo comparatur, & pari ferè jure cum dolo censetur. *arg. d. l. magna negligentia 226. d. V. S. add. l. quæsitum est 8. §. eum quoque 3. ibi culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit. D. d. precar. l. mulier 22. §. Sed enim si quis 3. ibi. culpa planè reddere rationem sed ejus quæ dolo proxima est & c. D. ad SCtum Trebell. l. 1. §. hæc actio, ibi: lata culpa plane dolo comparabitur D. si mensor falsum modum dixerit. l. si fidejusser 29. in princ. ibi: dissoluta enim negligentia prope dolum est D. Mandati. l. 1. §. non alias 2. ibi: sed culpa dolo proxima, dolum representat D. si is qui testament. liber. esse: & c.* Culpa ignavia est supina & nimia negligentia, ut si quis ignoret, quod omnes sciunt & intelligunt *d. l. lata culpa 223. D. de v. s.* Hæc lata culpa ignavia dolo non comparatur, ut

208
quæ plus habet stultitiæ quam malitiæ. *Mynsæ. ad § suspectus 6. inst. de suspect. tutorib. Zas. ibid. Bronch. evart cent. 3. assert. 19. vs. probab. hic videtur &c. Vid. Bocer. hic cap. 3. n. 12. 13. & 14. Rittersb. ad hanc l. quog. nostr. protheoria cap. 5. l. de lata culpa. vs. omnis itaq. pluribus exemplis &c.* Levis culpa est non adhibere eam diligentiam & custodiam, quam prudentes & diligentes paterfamilias secundum communem hominum naturam & consuetudinem rebus suis adhibent; siue ut Paulus ait in *l. si procurator 31 D. ad. L. Aquil.* Culpa est quod cum diligente provideri potuit, non est provisum. *Rittersbas; d. l. 2. de levi culpa vs. ad rem quod attinet. add. Bocer. l. sup. cit. n. 18 & sequent.* Levisima culpa est patermissio summæ diligentiam debitæ, ut cum eam diligentiam quam diligentissimus quisq; & optimus paterfamil. suis rebus adhibere solet, quis debet, nec tamen eam præstat *l. in reb. 18. in princ. D. Commodat l. 1. § & ille quidem 4. vs. is verò qui utendum D. de O. & A. Schneidw ad prin. inst. quibus modis re contrahitur obligat. n. 40. Bocer. d. loc. n. 22. & seqq.* Casus fortuitus est inopinatus rei eventus, quem nulla hominum providentia vel cura cavere aut providere potest. *Abb. inc. 1. X. Commodat. Schneidw. d. l. n. 33. sed de casibus fortuitis infr.*

Recipiunt) Cum homines natura ita comparati sint, ut magis suis quam alienis rebus studeant, aliorumq; incommoda sic ut bona fides desiderat, non declinent: Legislatores malo ejusmodi commodius occuri haud posse putarunt, quam si in specie statuerent, non solum quid in contractis negotiis alter alteri ex bona fide debeat, sed etiã quid præstari oporteat ab eo, qui alteri officium debitum non præstitisset, siue res ipsius ex fide non egisset. Præstari autem voluerunt dolum culpam & casum fortuitum, non quidem conjunctim in quovis contractu, sed ita ut in quibusdã contractibus *secund. Ulpian. hic* dolus duntaxat, in quibusdã dolus & culpa simul, in quibusdã præter dolum & culpam etiã casus fortuitus præstaretur. Qua propter ut tota hæc L. cõpendio contrahatur tres potissimũ regulæ sunt observandæ quarum tamen uberiores explicatione in subsequen-
tibus subjiciemus. Reg. I. Quoties in contractibus, dantis tantum versatur utilitas, toties dolus ab accipiente solum præstatur, &
lata

lata culpa, cum lata culpa, in interpretatione juris pro dolo alii
 quando habeatur, ut *sup dictum est*. quia cum gratuitum acci-
 pientis sit officium, & alterius commodi gratia contrahatur,
 non debet redundare in ejus damnum, si quid levi culpa admi-
 serit. Reg. 2. Quoties contractus celebratur tantum accipi-
 entis gratia, toties praestatur dolus, & omnis culpa etiam levis-
 sima. Reg. 3. Quoties utriusq; contrahentis gratia contra-
 ctus fit, toties in eo praestatur dolus & levis culpa *l. sicut certo loco*
§. S nunc videndum est 2. D. Commodat.

Dolum tantum, depositum) Depositi-
 tum (a) est contractus realis (b) bonae fidei
 (c) dere (d) gratis custodienda (e) & eadem
 in specie restituenda (f).

(a) Dicitur ab eo quod ponitur ubi praepositio DE auget si-
 gnificationem, ut ostendat totum quod custodiam, commissum
 fidei ejus apud quem deponitur *l. i. in princ. D. de depositi*, Est au-
 tem depositum triplex 1. Quando debitor offert creditori suo
 debitam pecuniam, eamq; creditore accipere recusante, ad e-
 vitandum cursum usurarum in praesentia testium consignat, &
 auctoritate judicis competentis in locum publicum deponit
vid. l. acceptam 19. C. de usur. vid. Carpzov. in J. P. F. R. S. par. 2. const.
28. def. 16. & def. 17. 2. Est *sequestrium* quod est rei litigiose depo-
 sitio, quando scilicet res aliqua de qua lis est & controversia,
 sub hac conditione traditur sequestro, ut eam retineat, donec
 ex causae cognitione constet, cui debeatur *l. proprie 6. D. Depositi.*
 sed de his alibi 3. Depositum est *voluntarium & simplex*, quando
 quis penes amicum rem aliquam tantum custodiae causa depo-
 nit, ita ut dominium & possessio rei depositae penes ipsum de-
 ponentem maneat. *l. luet. 17. §. rei depositae 1. in princ. D. dict. tit.*
 Dicitur autem *commendatum* idem enim est commendare quod
 deponere *l. commendare 186 ubi: Gædd D. de v. s.* Nam promiscue
 usurpantur hæc tria, deponere, custodiendum dare, & com-
 mendare *l. Lucius Titius 24. ibi. quid est nimirum aliud commenda-
 re quam deponere. l. Publica Marcia 26. D. depositi. l. is penes quem 6.*
l. cum hereditas 9. C. eod. l. fin. D. ad SCT. Trebell. vid Schneidw. ad

§ prate-



§. præterea 3. Inst. quibus modis re contrahitur oblig. n. 1. Treutler vol. 1. disp. 26. tb. 1. lit. B.

(b) §. Præterea 3. inst. dict. tit. l. 1. §. is quoq; s. D. de. O. & A. l. Publica Mævia 26. §. fin. D. depositi. Nisi enim res custodenda tradatur, nunquam celebratur iste contractus.

(c) §. Actionum autē quedam 28. inst. de actionib. l. 1. §. hanc actionem 28. D. depositi & quodammodo magis quam cæteri, quia totius rei custodia fidei depositarii committitur. Hinc depositum dicitur in quibusdam esse privilegiatum. Nam 1. propter exuberantiam fidei a deponente habitam erga depositarium, in deposito non admittitur compensatio l. fin. C. de compensat. cap. fin. x deposit. 2. In deposito non potest opponi exceptio dominii l. pen. C. eod. & ibid. Bartol. & Dd. In tantum ut etiam 3. Latroni spolia deposita restituenda sint. l. bona fide 31. l. 1. §. si prado 39. D. eod. Schneidw. loc. sup. cit. n. 12.

(d) Mobili scilicet, sive sit certa species sive quantitas, puta pecuniæ, quæ quandoq; deponitur ut certa species quandoq; in cista oclusa & in sacculo obsignato custodiae depositarii traditur l. 1. §. si cista 41. l. si sacculum 29. D. depositi, vid. de hac re plura apud Menoch. tract. de arbitr. judic. causa 208. n. 28. & seqq. quandoque verò, ut genus quod sit, cum pecunia non obsignata deponitur, sed depositario adnumeratur hoc pacto adiecto, ut si opus ea habeat utatur, quo casu tamen depositum in mutuum conversum existimamus pet. l. certi conditio 9. §. fin. D. de reb. credit. vid. Bachov. ad Treutl. vol. 1, disp. 26. tb. 6. Cæterum quamvis regulariter depositum sit rerum mobilium, attamen alterata paululum natura etiam rerum immobilium depositum esse defendere conabimur cum Reinhard. Bachov. & Treutl. vol. 1. disp. 26. tb. 4. lit. D. vs. ego ita statuo.

(e) Alias enim si præstatur merces in pecunia numerata, erit locatio, si vero in aliqua specie, contractus innominatus, do ut des, l. 1. §. si vestimentum 8. cum seqq. D. depositi. Hoc tamen non impedit quò minus remuneratio subsequi possit.

(f) Et quidem quodcumq; deponenti libuerit. Hinc actio depositi directa ipsi deponenti adversus depositarium traditionem rei depositæ recusantem datur, de qua vid. Schneidw.

d. loc.

d. loc. n. 19. Et contra Depositario contra deponentem, de recuperandis expensis in re deposita factis Actio depositi, contraria non denecatur Schneidw. ibid. n. 20. Et ad § sequens illa divisio 16. inst. de Actionibus n. 30. Et seqq. ubi vid.

Præterea, cum in hoc contractu deponentis tantum versetur utilitas, à depositario dolus & lata culpa tantum secundū reg. 1. sup. tradit. præstabitur § pen. inst. quibus modis re contrabituro obligat. l. 1. § ult. D. depositi l. si ut certo in conducto 19. § 3. D. Commodat. l. si hominem. 7. in pr. l. quod Nerva 32. D. depositi l. 1. ubi Sibarid C. eod. l. 1. §. is quoq. 5. D. de O. & A. Itaq; securus est depositarius qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit, quia qui negligenti amico rem custoditam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet. §. penult. inst. d. tit. Et Regulist. hic. Hæc tamen non præcedunt 1. Si depositarius mercedem acceperit pro custodia; quia in eo casu nihil differt à conducto l. 1. § si vestimenta 8. junct. §. seq. D. depositi. 2. Si ad depositum ultro sese abtulit depositarius d. l. 1. §. sed & si quis D. eod. tit. 3. Si depositarii causa factum sit depositum. Nam eo casu depositum parum differt à commodato l. si quis 4 D. de reb. credit. Et deniq; si fuit in mora restituendi, ut & si culpa præcessit casum l. si in Asia 12. §. fin. D. depositi cap. fin. X. eod. nec non si de his expressè conuentum sit d. l. 1. §. sæpè 35. Et §. si convenit D. dict. tit. In his enim omnibus casibus requiritur in depositario exactissima diligentia, ideoq; etiam culpa levissima præstabitur. Regulist. hinc vid. Schneidw. add. §. 3. inst. quibus modis contrahi. oblig. n. 15. Et seqq.

Et precarium) Precarium dicitur quod precibus utendum petenti cõceditur Cujac: lib. 4. Obs. cap. 7. tam diu quoad is qui cõcessit petitus, quod genus liberalitatis ex jure Gent descendit l. 1. D. de precar. Quomodo differat à donatione & commodato tradunt Wesenb. in w. ibid. n. 3. Et 4. Treutl. vol 1. disput 24. ub. 5. Schneidw. ad §. sequens illa divisio 16. inst. de Actionibus n. 25. Et Regulist. hic. Qui precario autem accipit, tantum de dolo & lata culpa tenetur, quia cum juris civilis regulis hic contractus non sit alligatus, benignius cum eo agendum Prætor putavit, cui is qui dedit, benignè facere voluit, l. quesitum 8. §. cum quoq. D. de precario. Neq; obstat quod in iis contractibus qui recipientis vel acci-

B pientis

piensis causa fiunt, levissima quoque culpa præstanda veniat: quia regul. l. 5. § nunc. videndum est 2. D. commodat. in precario non observatur, propter incertam & instabilem ejus conditionem, quod omni tempore revocari possit. Philip. Matt. hic n. 81. Bronch. 2. assert. 33. ubi vid.

Dolum & culpam mandatum) Mandatum (a) est contractus juris gentium (b) & bonæ fidei (c) ex consensu (d) de faciendo aliquid gratuito. (e)

(a) Quasi manu datum, quod enim quis per se facturum erat, alteri gerendum committit. Mozz de mandat. cap. 1. n. 2. Mynsin. Schneidw. Wesent. & alii D d. ad princ inst. eodem. ubi vid, & add. tit. D. & C. de mandato & de procuratoribus, Differunt autem isti duo tituli, quia titulus de procuratoribus loquitur de procuratoribus judiciorum & negotiorum tit. verò mandati de procuratoribus negotiorum gl. sup. rubr. D. de procuratoribus. Quibus modis contrahatur mandatum traditur in princ. inst. de mandat. l. mandatum 2. D. eod. Vid. omnino Rittesh. hic de mandat. Emerc. a Rosback, in prax. civil. tit. 20.

(b) Quia mandati obligatio dicitur l. 1. in pr. D. mandat, at illa obligatio ex delicto non est, ex contractu igitur ut sit oportet, add. l. 2. in prin. eod. & tot. tit. inst. ubi Dd. vid. gl. & Bald. ad rubr. D. dict. tit.

(c) L. 7. § 1. D. de pact. pr. inst. de mandat. l. 6. D. de j. & j. l. 1. D. mandat. junct. l. 1. in fin. D. de contrahenda emp. quod autem bonæ fidei sit. docet expressè §. 28. inst. de Actionib. Mozz, loc. sup. cit. cap. de divisione contract. n. 25. Neque obstat quod mandati fines strictè sint custodiendi, quia diverso planè respectu in usu juris contractus bonæ fidei & stricti juris esse dicuntur, non quod eorum limites observandi sint vel non, sed quod bonæ fidei contractus præstationem inter esse & fructum admittant, & etiam quæ nec verbis contractus, nec formula comprehensa expressè sunt, in iis tamen veniant & admittantur, arg. l. quicquid adstringenda 99. D. de V. O. junct. §. in bonæ fidei judiciis inst. de Actionibus vid. Mozz de mandat. c. 1. n. 10. 11.

(d) Hic

(d) Hic contractus in D. & C. primum locum obtinet, inter contractus, qui consensu celebrantur, propterea quod est quodammodo excellentior cæteris, cum trahat originem ex officio & amicitia. *vid. l. 1. in pr. §. mandatum 4. D. mandat. Bald. sup. rubric. D. eod. Wesen in de mandato n. 4.* Quod autem sit contractus consensu factus, probatur satis per *l. 1. D. mandati l. 2. D. de O. & A. & constat ex tit. inst. de oblig. quæ ex consensu vid. Treutler vol. 1. disput. 26. tb. 1. L. D. Rittersbus. hic Bocer cap. 4. n. 33.*

(e) *L. 1. §. ult. D. mandat. l. si contra 20. C. eod. l. litem 15. C. de procuratoribus §. ult. inst. de mandato.* Interveniente enim pecunia, res potius ad locationem & conductionem spectabit *d. l. 1. in fine. D. mandat.* Ita tamen gratuitum debet esse mandatum: ut non obsit remunerandi gratia honorarium, vel salarium dari, aut promitti *l. si remunerandi 6. in pr. D. mandat.* quod etiam peti potest, quando nimirum certum est: si vero incertum, tum peti nequit, text. notabil. *in l. qui mutuum 56. §. salarium penult. D. mandat. l. salarium 17. C. eod. tit. Rittersbus. hic cap. 5. de mandat. vs. porro, quod gratuito & sine mercede & c.* Sed jam non incommode quaeritur, quam actione ejusmodi salarium, vel remuneratio petatur? Honorarium remunerandi causa laboris & industriæ extra ordinem, sine cognitione. Prætoris vel Præsidis provinciæ exigere posse, constat ex *l. 1. in fin. l. salarium 17. C. mandat.* Neq; obstat *l. si remunerandi. 6. in pr. D. mandat.* Verba enim istius *L.* minime ita sunt exaudienda quasi propter salarium detur mandati actio sed quod mandati actio competat, etiam si quid, remunerandi gratia datum fuerit, *Accurs. ebid. Rittersbus. loc. sup. cit. cir. fin. Bocer hic cap. 4. n. 39. Bartol. ad. d. l. 6. in pr.*

Quod autem de salario diximus, id ad pactum de quota litæ non extendimus. Certum enim est ejusmodi pacta tam in advocatis, quam in Procuratoribus multis legibus reprobari & bonis moribus contrariari. *l. sumptus 53. D. de pact. C. si remunerandi 6. §. fin. ibi: sed rectissime Divi fratres rescripserunt, nullam actionem eum propter suam calliditatem habere: quia mercede facta accesserat ad talem redemptionem & c. §. l. salarium 7. ibi: an eventum litium majoris pecunie premio contra bonos mores procurat.*

B 209 omib. sex. o. q. tor re.

201
corredemerit. D. Mandat. l. si contra 20. l. per diversas 22. C. eodem
l. item. 15. C. de procuratoribus l. si qui Advocatorum 5. C. de postu-
lando. Parum negotii nobis facere potest l. 1. §. si jus 12. D. de
extraordinar. cognit. Licet enim Advocato permittatur par-
tem aliquam ex lite, vel certam pecuniæ quantitatem palmarii
nomine pacisci: illud tamen pactum tum demum valet
quando litis finita est, & per sententiam decisa, tunc enim lici-
tum est Advocato pro honorario suo, item pro victoria præmio
certam pecuniæ summam à clientulo pacisci & eandem exige-
re. Aliter quoq; responderi potest ex l. 1. §. si cui cautum est 12.
l. neutrum compositum licitam quantitatem excedat. Vid. Bronch,
misc. cent. assert. 21. Rittersbus. hic vs. diligenter autem ab hac polli-
citatione. Beren. disp. 16. lib. 4. Inst. Imper them. 2. quest. 2. Schneidw
ad §. fin. Inst. de Mandat. n. 7. Specul. l. 1. part. 4. tit. de salariis §.
sequitur 3. n. 1. vers. illud autem certum est &c. Gvid. Pap. decis. 102.
n. 4. Berlich. part. 1. cond. 9. n. 75. & 76.

Sed jam videndum, quid in mandato præstandum sit.
Regulam talem ponimus: *Mandatum non solum recipit dolum &
latam culpam, sed etiam culpam levem & levissimam.* Ratio de do-
lo in promptu est, omniumq; contractuum communis, maximè
verò eorum, qui sunt bonæ fidei. Nihil enim est tam contra-
rium bonæ fidei ac repugnans, quàm dolus & perfidia l. 1. C.
de dol. mal. l. pennl. C. deposit. eum similibus. Sub dolo autem in
contractibus etiam *latam culpam* comprehendi & intelligi, su-
perius demonstravimus. De *culpâ levi* ratio est, quia qui alie-
na negotia administranda suscipit, is ipso facto ea videtur pol-
liceri, sine quibus illa rectè administrari nequeunt. arg. l. cui juris-
dictio 2. D. de JDCtione. qualia sunt opera industria, diligentia,
& exactum officium. Hæc igitur in rebus alienis vel negotiis
mandatis maximè præstanda sunt, l. in re mandatâ. 21. C. man-
dati. Per verba autem d. l. 21. exacto officio: exactissimam
diligentiam, cui opponitur culpa levissima, intelligimus,
quam proinde etiam in mandato præstandam esse existima-
mus. Neq; enim novum est in jure nostro, ut secundam
subjectam materiam diligens pro diligentissimo, exactum offi-
cium, pro exactissimo ponatur. l. si ut certo. 2. §. custodi-
am §.

*Am 5. junct. l. in rebus 18. D. commodat. Petr. Faber hic n. 103. Hujus-
 sententiæ fundamentum reperitur quoque in l. à procuratore 13.
 C. mandat. ubi Impp. ajunt à Procuratore dolum & omnem culpam
 non. etiam casum improvisum præstandum esse. His enim verbis,
 omnem culpam, comprehendunt etiam culpam levisissimam.
 Omne enim qui dicit, nihil excludit, secundum vulgatum Accurs.
 Bald. Angel. de Peru. in d. l. à procuratore 13. Arg. l. præses provinciæ 3.
 D. de offic. Præsid. c. si Romanorum 1. distinct. 19. c. sollicitæ benignitatis
 6. x. de majorit. & obedient. Deinde quod Impp. solum impro-
 visum casum à mandatario removeant, eo ipso fanè significant
 & levisissimam culpam à mandatario præstandam esse. Neq̃
 obstat, quod mandatum respiciat plerumque utilitatem solius
 mandantis. l. 2. in pr. §. ult. D. mandat. princ. Inst. eod. unde dicen-
 dum videtur mandatarium duntaxat teneri de dolo, de quo
 tantum tenetur depositarius, non etiam de culpâ levi, aut levis-
 sima, secundum Regul. super. ex l. si ut certo. §. §. nunc viden-
 dum. D. commodat. Diversa enim est ratio depositarii & man-
 datarii. Mandatarius, qui negotium alterius gerendum susci-
 pit, videtur diligentiam & industriam suam promittere:
 quia in gerendo negotio opus est industriâ, diligentia, & ope-
 ra: In deposito autem sufficit, si depositarius rem depositam
 recondat. Hier. Franc. hic n. 28. Duaren. ad Tit. D. C. mandat.
 Tuentur eandem sententiam Petr. Faber. hic n. 119. & 120. Accurs. Cyn.
 Bald. in d. l. à procuratore 13. C. mandat. gloss. in § penult. in verb. justa
 causa. Inst. eod. Arum. Exercit. Justin. 15. tit. 10. Bocer. Rittershus. hic. quæ
 contraria. resolvunt. ubi vid. plur.*

Commodatum) Commodatum (a) est
 contractus (b) quo usus (c) rei (d) gratuitus
 (e) & certus conceditur (f) eâ lege, ut res
 in specie (g) eadem restituatur.

(a) quasi ad commodum utentis datum. Schneidw. ex gloss.
 ad §. item is. 2. Inst. quibus mod. re contrahitur obligat.

E 3 (b) juris

(b) juris gentium § jus autem gent. Inst. de Jur. Nat. §. 5. C. l. ju-
ris gentium §. 1. D. de pact. & quidem nominatus d. l. 7. §. 1. re initus.
§. 2. Inst. quibus mod. re contrahit. obligat. l. 1. §. is quoq. 3. D. de O & A.
Est enim ex eo genere contractuum, qui re hoc est, rei traditione
perficiuntur. Et hæc res etiam in numeratâ pecuniâ consiste-
re potest, si scilicet ea accipiatur quasi corpus, non quasi quanti-
tas, ut eâ utamur, non quo abutamur veluti si pecunia ad pom-
pam & ostentationem commutato alicui detur. text. notabil. in
l. si ego pecuniam 18. §. 1. ibi: ostendendi gratia accipi D. de reb. credit. l.
sed mihi videtur 3. §. fin. D. commodat. ubi dicitur: Non potest commo-
dari id quod usû consumitur, nisi forte ad pompam vel ostentationem
quis accipiat. Vid. Cujac lib. 11. observ. cap. 37.

(c) Nam ut commodatum sit, necessum est, ut res utenda
detur §. item is cui ibi: res aliqua utenda datur. Inst. Quibus mod.
re contrahit. oblig. Et in hoc differt commodatum à mutuo. Qui
enim mutuum dat, transfert dominium rei, princ. inst. dict. tit. ibi
In hoc damus ut accipientis fiant. §. n. fin. ibi: ut ex meo tuum fiat.
Qui verò commodat rem, sic commodat, ut non faciat eam ac-
cipientis, sed ut ipsi re commodatâ uti permittat. dict. §. 2. ibi:
namq; non ita res datur, ut ejus fiat. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1.
§. fin. D. de preca. l. rei commodata. §. 8. & l. seq. D. commodat. Plures
different. vid. ap. Rittersb. hâc in princ. vers. hoc loco discernendum
est, & seqq.

(d) cujuscunq; etiam immobilis l. 1. §. 1. circa fin. D. commodat.
etiam alienæ l. commodare possumus 18. D. eod. Hinc de fure vel
prædone hic contractus initus valet l. ita ut et si fur, 16. D. ibid. Nec
non incorporalis. Non enim tantum res corporales seu etiam
incorporales possunt commodari. d. l. 1. §. 1. in fin. D. dict. tit. v. g.
habitatio quæ est species servitutis. tit. Inst. & D. d. usu & habitat.
Omnis autem servitus est jus quoddam, & omne jus est res quæ-
dam incorporalis, uti notum est ex principiis juris. nec non §.
incorporales 1. in fin. Inst. de Reb. corporalib. & incorporal.

(e) Nisi enim res utenda gratis alicui concedatur, sed
mercede constituta, commodatum non erit, sed locatio & con-
ductio. dict. §. item is 2. Inst. quibus modis re contrah. obligat. l. si ut
certo §. rem tibi dedi. 12. D. Commodat. Sch. ad dict. §. 2. n. 8.

(f) Nam

980

(f) Nam rem utendam dari in certum usum jura nostra arguunt l. 3. in fin. l. 4. l. si ut certo 5. §. sed interdum 7. §. seq. §. interdum plane 10. l. eum qui rem 10. in princ. l. fin. D. commodat. l. 1. §. is quoq. D. de O & A. l. 2. C. commodat. Veluti si commodetur equus ad conflictum, ancilla temporalis ministerii causa, aurea vel argentea pocula convivii exhibendi gratia. Conceditur igitur res ad certum & expressum usum, certumq; tempus, expressum vel tacitum. Quando ad certum usum conceditur, habet in se tacitum tempus annexum. Si verò indefinite, non ad certum usum & in certum tempus res datur, dicitur precarium, & potest revocari, quodocunq; concedenti placuerit. Commodatum verò, quia certus in eo usus præfinitus est, non potest ante tempus expletum revocari. *text. notab. in l. incommutato. 17. §. sicut autem 3. D. commodat.* Et in hoc differunt commodatum & precarium. *Vid. Gloss. & Dd. in l. 1. D. de precar. Jason. & Dd. in l. mutuum damus 2. in princ. D. de reb. credit.* Debet tamen quis uti commodato solum ad usum, & usq; ad locum determinatum, quem si quis transgreditur, & aliter re commodatâ utitur, furtum committit. *§. placuit tamen. 7. Inst. de oblig. contra ex delicto nascuntur. Vid. Menoch. 2. de arbitr. judic. cas. 198.* Secus tamen est de jure Saxonico. Nam commodatarius accipiens rem commodatò ad certum tempus, si diutius eam retinet, non dicitur propterea furtum commisisse. *text. lib. 3. Land R. art. 22. ita habet: Wer dem andern leihet sein Pferd oder Kleider / zu bescheidenen Tagen / hält Er es über die Zeit / und wird darumb beklagt / Er muß es zur Hand wiedergeben / und besseren / ob Er es geergert hat. Dieberey und Raubens mag Er ihu daran nicht bezeigen. Schneidw. §. furtum autem fit, 6. & ad dict. §. placuit. 7. Inst. obligat. qua ex delict. nasc.*

(g) Nameandem ipsam rem, quam commodatarius accepit, restituere commodatori tenetur *§. item is cui: ibi: & ob id de ea ipsâ restituenda tenetur. Inst. quib. mod. re contrahit. oblig. l. 1. §. is quoq. cui. D. de O & A.* Et hoc differt etiam commodatum à mutuo, in quo idem genus reddendum est *l. mutuum damus 2. in princ. D. d. R. C.* Est enim de naturâ commodati, ut dominium & possessio non transeat in commodatarium, sed tam possessio, quam

quàm dominium rei commodatæ penes commodantem maneat
l. rei commodata 8. D. commodati. Hinc *Imp. in dict. §. 2. Inst. quibus
mod. re contrab. obligat.* Differentiam refert inter commodatum
& mutuum, licet primâ facie nihil differre videantur, cum
utroque casu res utenda concedatur, ut Germanicè heist es alles
beydes leihen / sed propriè heist es auff deutsch mutuare, borgen/
commodare, *B. Viehen. gl. in art. 5. lib. 3. Land R. Schneidwein. ad
dict. §. 2. Inst. d. tit. ubi vid. add. Cujac. & Wesenb. in q. commod.* Pra-
tereà, quia res eadem ipsa reddenda est, ideo res istæ quarum
usus non est propriè, nisi in consumptione, incommodatum non
veniunt nisi ad ostentationem vel pompam *l. sed mihi videtur 3.
§. fin. l. seq. D. commodat. Treutler. vol. 1. disp. 24. th. 1. lit. G. Vult lib. 1. Ju-
risprud. Rom. cap. 32. add. Francisc. Connan. lib. 7. Comment. jur. Civil.
cap. 3. n. 2.*

Jam ad præstationes. Regula ergò de iis quæ in commo-
dato præstanda sunt, hæc esto: *Commodatum recipit non dolum
duntaxat, & latam culpam, sed etiam levem & levisimam,
l. in rebus 18. in pr. ibi.* qualem diligentissimus paterfamil. suis re-
bus adhibet *D. commodat. l. 1. §. 5. ille quidem 4. ibi:* alias tamen &
exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare compellitur
*D. de oblig. & Act. l. custodiam 3. D. de peric. & commodat. rei vendi-
tæ. Vid. Paul. Berens. disp. 9. ad 4. lib. Instit. Imperial. themat. 2. qua-
stion. 3. ubi ad contraria respondet.* De casu tamen fortuito com-
modatarius non tenetur *d. l. in rebus 18. in princ. D. commodat. ex-
ceptis tribus casibus 1. quando expressè conventum est inter
partes de casu præstando; contractus enim ex conventionem le-
gem accipiunt l. 1. §. si convenit. 6. D. depositi. 2. Quando commo-
datarius interpellatus, non restituit rem commodatam c. unic.
ibi: seu in mora fuisset. 3. Quando culpa commodarii præ-
cesit d. c. unic. ibi: nisi accederit culpa sua. d. §. item is. 2. Inst. quibus
mod. re contrab. obligat. v. g. si alicui argenteum scyphum com-
modaverim & is se amicos ad coenam domi invitaturum dixerit
& peregre secum portaverit, absque omni dubio latronum in-
cursus & alios casus fortuitos præstare debet, d. §. 2. l. in rebus 18.
sine dubitatione etiam piratarum & latronum & naufragii ca-
sum præstare debet. *D. commodat.* Eodem modo se res habet,
si re-*

si remiserit quis rem commodatam per minus idoneam personam
l. eum qui 10. §. fin. cum l. seq. D. eod. Aliàs si non posset aliqua
 culpa imputari commodatario, in electione personæ, vel nun-
 cii rem commodatam referentis, perit res commodata pericu-
 lo commodantis. *l. argentum 20. D. eod. tit. Schneidw. ex Abbat. in*
c. significante X. de pignorib. & Bartol. in l. eum qui 10. §. 1. vs. sed se-
dum. D. Commodat. Prætereà quandoq; etiam præter dolum &
 latam culpam recipit duntaxat culpam levem, non etiam le-
 vissimam, si scilicet utriusq; gratia hic contractus celebratus
 dicatur, *d. l. in rebus 18. vers. hac. ita D. Commodat.* Quandoq; eti-
 am dolum & latam culpam tantum, non etiam levem & levis-
 simam, *Vid. l. si ut certo 5. §. interdum l. eum qui 10. §. ult. cum ll.*
seqq. D. dict. tit. add. Cujat. lib. 19. observat. cap. 24. Schneidw. ad
dict. §. 2. Inst. Quib. mod. re contrahitur obligat. n. 12. & seqq. Ritters-
bus. hinc vers. regula ergo de iis & c. & vers. sequuntur exceptiones?
Delrio hinc c. 8. Gomez. lib. 2. var. resolution. c. 7. n. 3. & sepp. & aliè
Regulist hinc.

Venditum) Emptio-venditio (a) est
 contractus solo consensu (b) initus de re (c)
 Emptori (d) pro certo pretio (e) tradenda (f).

(a) Emptio & venditio sunt correlativa, quorum natura &
 regula est, ut ad positionem unius, sequatur positio alterius &
 è contrà, ad remotionem unius, sequatur remotio alterius, *arg.*
l. fin. D. de Acceptilat. l. 1. ubi Bartol. C. de Cupress. ex luco Daphnens.
vel Pers. per Ægypt. non excid. vel vendend. Vid. Cognol. in l. 2. C. de
rescindend. vendit n. 53. Neq; enim datur emptor sine venditore,
 nec contrà: Sunt tamen diversa, quoad distinctionem perso-
 natum, quia alter emptor, alter venditor: aliud emere, aliud
 vendere est. *l. 1. §. sed an sine nummis vers. sed. verior est ibi: aliud*
est emere, aliud vendere est. D. de Contrab. empt. Qui enim rem
 tradit venditor, qui pretium dat, emptor dicitur. Rectè igitur
 emptio-venditio scribitur *conjunctim*, quatenus scilicet ne-
 gotii sive contractus unitatem designat, *arg. l. 1. §. 2. D. de pact.*
 rectè etiam *divisim*, quatenus contractus duorum voluntatibus
 in ana-

C



In analysi distingvendis constat: Undè venditori venditi, emptori empti actio competit. *tit. D. & C. de actionibus empt. & vendit.* quamvis inter se sæpè confundantur, *l. veter. 19. l. si factum 13. §. item si convenerit 23. D. dict. tit. l. si hoc nomine 26. l. si cum venditor 66. §. si secundus emptor 2. D. d. Evictionibus Trutler. vol. 1. disp. 28. ib. 1. lit. A. Connan. lib. 7. Commentar. jur. civil cap. 6. n. 2.* Hæc Emptio-venditio ad L. XII. Tabul. relata, omnem alienationem comprehendit. Omnis enim alienatio & mutatio familiaris per emptionem, quæ tamen ferè erat imaginaria, celebratur. De cuius solemnibus, *Vid. Varro 4. de lingu. Latin add. Henon. disp. 16. ad 4. libr. Instit. Imperial. controvers. 1. & al. Dd. ibid. citat.*

(b) Id est, perficitur simul atq; consensus utrinq;, quoquo modo est declaratus sive verbis, sive per Epistolam, aut nuncium, adeoq; ad sui perfectionem nec præsentiam contrahentium desiderat, *l. 1. §. fin. D. de Contrab. Empt.* nec rei traditionem nec solennia verba, nec pretii adnumerationem. Hinc est quod emptio venditio purè scilicet, & absq; scriptura celebrata, sit contracta, dummodo de pretio conventum, licet non sit solutum *princ. & §. cum autem. 3. Inst. de Emp. & vendit.* pari ratione re non traditâ, emptio venditio nihilominus consistit, *d. §. 3.* Quod igitur de solo consensu dicitur, id sit respectu aliorum contractuum, qui verbis, literis & re perficiuntur, ex quibus actio non datur, etiamsi consensus intervenerit, nisi solennia verba scriptura vel res accesserit. In hoc autem contractû rei traditio, vel verba solennia necessaria non sunt, hoc tamen requiritur, quod de re vendendâ & pretio convenerit, quæ duo efficiunt ut consensus nudus non sit. *Vid. Mozz. de Contractibus de empt. & vendit Column. 1. n. 12. & seqq. Suthold. disp. 15. ad 4. lib. Inst. Imperial. apb 1. Schneidw. ad tit. Test. de oblig. Ex consens. n. 3. & ibid. Brederod. lit. A.* Celebratur autem hic contractus sine scriptis & in scriptis. Emptio sine scriptis solo consensu perficitur statim quando inter partes conventum est de pretio & merce, licet nihil datum sit & sic neq; traditio rei neq; pretii interverit, *d. pr. & §. 3. inst. d. empt. & vend.* In scriptis, quando inter partes in principio actum est, ut fieret scripturâ; & tunc quando con-

902

do constat de mente contrahentium, quod noluerint obligari priusquam perficeretur, ante scripturam consummatam, & approbatam, non dicitur hæc species emptionis in scriptis perfecta, ideoque etiam locus est poenitentiae: quia partes prius non obligantur, sed impunè & licite à contractû recedere possunt, *princ. Inst. de empt. & vendit. gloss. ibid. in verbo scriptura. l. contractus 17. & ibid. Dd. C. de fid. instrument.* Quando autem dicatur scriptura consummata? *vid. apud Schneidw. ad dict. princ. Inst. de empt. n. 6.* Neque tamen hoc casu dicitur, ex literis nasci obligatio, quia nudus consensus scriptura declaratur, absolvit contractum & scriptura non ex natura contractus, sed ex accidenti intervenit. Cæterum, quando consensum ante omnia in emptione venditione requirimus, repellimus eos, qui consentire non possunt, quales sunt, furiosi, infantes, prodigi &c. *S. furiosus 8. junct. S. seq. Inst. de inutilit. stipulat. l. is cui bonis 6. D. d. V. O. l. 40. furiosi D. de re. jur. add. Dd. ibid.* Quamquam etiam speciali ratione emptionem legibus quidam prohibeantur contrahere. Exempla reperiuntur in *S. item inutilis est stipulatio. 6. Inst. de inutilib. stipulat. l. quisquis 6. S. praterea nullum 2. C. de postul. l. si medicus 3. D. de extraord. cognitionib. l. nobiles 3. C. de Commerc. & mercatorib.*

(c) Licet enim solo consensu perficiatur hic contractus necessum tamen est, ut is consensus interveniat de re, sine qua emptio intelligi non potest. *l. nec emptio 8. in princ. D. de contrab. empt. & quidem tali, qualis haberi ac possideri possit, non quâ natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exuerint. l. si in emptione 34. S. omnium 1. D. de Contrabend. empt. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles. S. fin. ubi Dd. Inst. de emptione & venditione.*

(d) *l. ex empto 11. S. & in primis 2. l. servus 30. in fin. D. de actionib. empt. & vendit. l. si ita distrabatur 25. D. de Contrab. empt. Bacc. hic n. 57. Schneidw. ad S. actionum autem quadam 28. Inst. de action. ex empt. n. 1.*

(e) Sine pretio enim nulla venditio est, *S. sed & certum pretium, 2. inst. de emp. & vendit. l. inter patrem 2. S. 1. l. cum in venditione 36. D. de contrab. empt. l. empt. fides 9. C. eod. l. contractus 54. D. de O. & A. l. si non donatiois 8. C. de contrabend. empt. quod pretium debes*

C 2

debet esse certum atq; determinatum d. §. sed & certum esse. In
inst. de. empt. & vendit. Et quidem in pecuniâ numeratâ con-
sistere, aliâs enim permutatio esset, l. 1. §. sed an sine i. D. de con-
trahend. empt. Quod tamen ita intelligendum, ut pretium in
pecuniâ numeratâ determinetur. In solutione [enim] bene solvi
potest res pro pecuniâ, volente tamen creditore, non autem
eo invito, l. pretii 9. C. de rescind. vendit. l. mutuum damus 2. §. mu-
tui dntio consistit. i. in fin. D. de reb. credit. ubi Dd. Vid. Mozz. de
contr. col. empt. vend. de substantiâ empt. vendit. Cum autem pre-
tium certum esse debeat, quæritur? An venditio sit, iusto pre-
tium fiat? N. Venditio enim non contrahitur, nisi pretium sit
certum atq; determinatum, §. sed & certum i. inst. de empt. &
vendit. quale est cujus summa sive quantitas definitur. l. cer-
tum est 6. de Reb. credit. Bocer. hic cap. 4. n. 60. Sed in hoc casu cer-
tum non est E: Neq; obstat iustum pretium intelligi arbitrio
boni viri. Quia huic Argumento occurrit, Imp. in l. ult. C. de
Contrah. empt. Ubi statuit, nullam esse venditionem, si preti-
um certum non sit, commissum certæ personæ, Vid. Fachin. lib.
1. contr. jur. Civil. cap. 1. & Dd. ibid. cit.

(f) Venditor enim præcisè rem tradere tenetur, nec libera-
tur præsterando id quod interest. Nihil namq; magis bonæ fi-
dei, quæ summa est in hoc contractû, congruit, quam id quod
inter contrahentes convenit, vel actum est præstari. l. ex empto
11. §. 1. D. de act. empt. l. cum venderem 21. D. Locat. Id autem agi in-
telligitur, ut res emptori tradatur, & pretium venditori detur,
d. l. 11. §. 1. Probatum hoc prætereâ aperto & inconvincibili
textû, in §. aliæ autem donationes 2. ibi: Et ad exemplum ven-
ditionis nostra constitutio eas etiam in se habere necessitatem tra-
ditionis voluit, &c. Inst. de donat. vid. Henon. diss. 16. ad 4. libr.
Inst. contr. 12 Anton. Fab. lib. 6. conjectur. cap. 17. Covarer. lib. 2. var.
resol. cap. 19. Matth. Steph. cent. 3. quæ. illustr. 68. Vultei. ad rub. inst.
de empt. & vendit. n. 81. Ar. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. part 2.
cap. 3. n. 20. & seqq. Coras. lib. 2. miscel. 3. Bronch. cent. 2. assert 57.
Riemer. decad. 10. contr. 9. qui resolv. contr. Perfectâ tamen em-
ptione, quod fit simul atq; de merce & pretio convenit, pericu-
lum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, §. cum autem em-
ptio 3.

ptio. 3. Inst. de Empt. & venditione l. necessario sciendum est. 8. in print.
 D. de peric. & commod. rei vendit. Unde si aedes venditæ ante tra-
 ditionem casu fortuito conflagraverint, hoc periculo Emptoris
 cedit. d. §. cum autem. & l. necessario 8. Rationem autem hujus
 decisionis hanc esse existimamus, quod emtione perfecta res aut
 species apud venditorem esse incipit, tanquam obligatum actio-
 ne personali, ad speciei traditionem dominio jam juris intelle-
 ctu in Emptorem translato, qui ejus etiam juris respectu rem
 ipsam statim sibi tradi petere potest. Hinc etiam qui actio-
 nem habet ad rem, ipsam rem habere videtur. l. 52. D. de Acquir.
 rer. dom. l. 15 qui 15. D. de reg. jur. habetur enim, quod peti potest.
 l. id apud se 143. D. de V. S. Brederod. ad d. §. cum autem. Inst. de empt.
 vendit. vid. Schneidw. ibid. Henon loc. sup. cit. controu. 16. Guilb. For-
 ster. disp. 18. th. 5. Gomez. tom. 2. var. resolut. 15. n. 12. Bronch. cent. 2. af-
 fert. 55. Paul. Berens. disput. 11. th. 1. quest. 2. Hunn. variar. resolut. Lib. 3.
 tract. 7. part. 1. quest. 7. qui ad contr. respondent. add. Dn. Carpz. in I. P.
 F. R. S. part. 2. const. 26. def. 20.

Jam de naturali conditione emptionis & venditionis bre-
 titer aliquid dicendum est. Est autem emptionis & venditio-
 nis conditio naturalis hæc, quod perfectâ emptione, in re ven-
 ditâ & nondum tradita, venditor dolum, latam & levem cul-
 pam tantum præstat, non etiam levissimam: In emptione e-
 nim & venditione utriusq; utilitas versatur, l. si ut certo. 5. §.
 nunc. videndum. vers. sed ubi utriusq; D. commendati l. quod saepe 35.
 §. si res vendita 4. ibi: Custodia desideranda est à venditore, qualem
 bonus paterfam. suis rebus adhibet, quam si præstiterit, & tamen rem
 perdidit, securus esse debet. D. de contrab. empt. Bocer. hic. cap. 4. n. 63.
 Henon hic disp. 5. ibi: culpa levis præstat 1. in venditione Giphau.
 hic n. 15. Si tamen emptor sit in morâ, quo minus sibi res trada-
 tur, de dolo tantum tenetur venditor, non etiam de culpa l.
 illud sciendum 17. D. de peric. & commod. rei vendit. vid. Rittersbus.
 hic cap. 7. v. sed omisiss in presentia pluribus & seqq.

Pignori acceptum) Pignus (a) est con-
 tractus re initus (b) à debitore in crediti se-
 curitatem creditori tradita. (c)

C 3

(a) Pi-



(a) Pignus à pugno appellatur; quia res quæ pignori dantur, manû traduntur, l. plebs. 238. §. pignus 2. D. de V. S. Pignoris nomen significat aliquando ipsum contractum l. solutum non videtur. 11 §. si. quasi 2. ibi: pignus contractum est. D. de pignorat. act. 1. §. fin. D. de pact. Aliquando verò rem ipsam, quæ alicui datur pignori. §. creditor quoq; ult. ibi qui pignus accepit, re obligatur, quia & ipse de eà re, quam accepit & c. Inst. quibus. mod. re contrah. oblig. l. quamvis convenerit 6 §. fin. ibi: qui dederit pignus l. si necessarius 8 §. §. si annua 3. ibi: acceperim pignus. D. de pignorat. act. Dicitur autem propriè & in specie pignus, quod in mobilibus, & quarum possessio ad creditorem transit, consistit: Hypotheca verò ad creditorem non transit, & ne possessio quidem l. si rem alienam. 9 §. propriè 2. D. de pignorat. act. d. l. plebs 238 §. pignus 2. D. de V. S. vid. Wesenb. in c. de pignorat. act. in princ. Schneidw. ad §. item Serviana 7. Inst. de Actionibus n. 91. & seqq. Rittersbus. hic. vers. Secundo diligenter discernendum est. Pignus itaq; est, quod datur in securitatè rei creditæ, ut creditor obligatû illud habeat, donec quod debetur, sit exolutum. Est autem pignus quadruplex: Prætorium, Judiciale, Legale, & conventionale. Prætorium pignus est, quod constituitur missione in possessionem, putà legatorum si revandorum causa, vel damni infecti & c. l. 3. §. 1. D. de reb. eor qui sub tut. vel cur. sunt. l. non est mirum 26. D. de pignorat. act. l. 1. & ferme per tot. D. ex quibus causis in possess. eat. l. misso legatario 12. D. pro Emptore. l. 3. C. ut in poss. legat. & tit. C. de prætor. pign. Judiciale dicitur, quod constituitur, quando iudex tulit sententiam definitivam, & pro ejus executione mittit creditorem in possessionem bonorum debitoris condemnati, de quo tit. D. & C. de bon. authorit. judic. possid. & Dd. in l. à Divo Pio 15. §. in Venditione D. de re judic. Quomodo autem hæc invicem differant tradit Schneidw. ad §. item Serviana 7. Inst. de actionibus n. 7. ubi vid. add. Vult. l. i. Jurispr. Roman. c. 34. Legale, sive legitimum pignus est, quod constituitur lege & ipso jure, id est, sine facto hominis. de quo tit. D. & C. quibus in causis pign. vel hypoth. tac. contrahitur. Sic uxor habet obligata omnia bona mariti, pro dote illata l. unic. §. ut plenius C. de rei uxor. act. l. assidus in fin. C. qui pot. in pignor. habent. l. in rebus 30. C. de jur. dot. Sic pupilli habent obligata bona suorum

suorum tutorum, & adolescentes curatorum. *l. pro officio 20. C. de administrat. tut.* Sic liberi pro bonis maternis tacitas habent hypothecas in quibusdam certis casibus in bonis patris *l. si quis prior. §. §. fin. C. de secund. nupt. l. cum oport. 6. C. de bonis qua liber.* Sic legatariis & fidei commissariis ipso jure obligantur bona testatoris, pro conservandis & consequendis fideicommissis & legatis. *l. 1. C. Com. de legat. §. sed olim quidem 2. vers. Nostra autem constitutio Inst. de Legat. vid. Negusant in tract. de pignorib. part. 2. membr. 4.* Conventionale pignus est, quod ex partium conventionione constituitur, ad majorem securitatem creditoris *§. fin. Inst. quibus mod. re contr. oblig.*

(b) Pignus enim neq; nudo consensu, neq; verbis, neque literis, sed rei traditione constituitur. *d. §. creditor quoq; fin. ibi. re obligatur. Inst. quibus mod. re contrahitur oblig. l. 1. §. creditor quoq; ibi: re tenetur D. de Obligat. & Act.* Neq; obstat *l. 1. l. si convenerit 18. D. de pignorat. act.* Nam quod ibi traditur, etiam nuda conventionione pignus contrahi, non est intelligendum de pignore, quod ita proprie & in specie dicitur, sed de hypotheca, ut innuit *§. item Serviana & ibi Dd. Inst. de Actionibus.* Possunt autem pignori obligari res omnes, quarum dominium habemus de quibus *tit. D. & C. Quae res pignor. obligar. poss.* non solum praesentes, sed etiam futurae, ut fructus pendentes, partus ancillarum, foetus pecorum *l. §. quae nondum 15. D. de pignor.* dummodo res principalis, ex quibus res futurae sunt nasciturae, sint in bonis debitoris *Dd. in l. potior. 11. §. si de futura D. Qui pot. in. in pignor. hab.* Item, res aliena cum voluntate domini obligari quoq; potest. *l. alien. 20. in princ. D. de pign. act.* Pignori dari non possunt, res quae non sunt in commercio hominum *l. 3. C. quae res pign. oblig. poss. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles. c. 1. x. de pignorib.* Item liberi homines *l. qui filios 6. C. Quae res pignor. ubi Vid. limitat.* Instrumenta rustica, deputata ad agriculturam *l. pignorum §. cum autb. seq. C. quae res pign.* Sed de his alibi.

(a) Haec namq; est causa finalis, ut creditorem de credito faciamus securum. Creditori enim datur pignus, quo magis ei in tuto sit creditum *§. ult. Inst. Quibus mod. re contr. oblig.* Unde intelligitur, quod pignus sit alterius contractus, fides & accessio &



lio, & solvendæ rei vinculum. *l. legata 6. § final. ibi: sed propositum propter contractus fidem, ac restituendæ rei vinculum. D. de supelle-
ctile legat.* Pignoris autem conditio naturalis est, quod præter
dolum & latam culpam, recipit etiam culpam levem. *l. Prætor
ait. §. est prætereà D. de bon. authorit. judic. possid. l. si ut certo. 5. §.
nunc videndum 2. D. commodat. l. ea igitur. 14. § l. seq. D. de pignorat.
act. l. creditor 2. C. dict. tit.* Pignus enim utriusq; gratia datur, &
debitoris, quo magis pecunia ei credatur; & creditoris, quo ma-
gis in tuto sit ei creditum. *d. §. ult. Inst. Quibus mod. re contrab. oblig.*
De levissimâ culpâ verò non tenetur, multòq; minus de casi-
bus fortuitis seu vi majore, nisi inter contrahentes hoc placue-
rit. *l. que fortuitis 5. C. de pignorat. act. vel nisi culpa casum præ-
cesserit. Exemplum reperitur in l. qui ratiario 30. D. de pignorat.
act.* Hoc enim generale est, ut ubicunq; casum & majorem
vim præcesit culpa, hanc præstare debeat is, cujus fuit illa cul-
pa præcedens, quæ occasionem præbuit illi damno subsequuto
Gail. lib. 2. observ. 2. in 3. vid. Bocer, Rittersh. aliosq; Dd. hic.

Locatum) Locatio-conductio, est con-
tractus nominatus solo consensu initus, (a)
in quo usus vel fructus rei alicujus, vel ope-
ræ (b) pro certâ (c) mercede conceditur (d).

(a) Quæ supr. de Emptio - Vendit. dicta sunt, ea brevitatis
causa hoc loco repeti possunt. Quomodo autem differat hic
contractus ab emptione & venditione (cui proximus esse, &
cum qua magnam familiaritatem habere dicitur *in pr. Inst. de lo-
cat. & conduct. l. 2. in pr. D. eod.*) item ab Emphyteusi, tradit Rit-
tersh. hic. *cap. 8. & cap. 9. vers. prætereà creatio & c. add. Schneidw. ad
princ. Inst. de Locat. Conduct.*

(b) Hæc enim omnia locari possunt. Nam usus conce-
ditur, & versatur in locatione & conductione v. g. domus, cujus
conductor propriè dicitur *Inquilinus*, (quanquam etiam in aliis
rebus, & quidem mobilibus consistere potest usus rei, ejusque
locatio) fructus conceditur & versatur in fundo seu agro, ubi
conductor

conductor propriè dicitur *Colonus*, videlicet à colendo. *vid. Schneidwein. ad §. prætereà. 2. Inst. de locat. & conduct.* Operæ deniq; sunt quæ præstantur ab homine. *Cujac. in π. C. de Locat. conduction.* Quod autem attinet ad operarum locationem diligenter notandum est, toties esse locationem & conductionem, quoties operæ locantur exercendæ in re nostrâ, in nostrâ materia, aliàs vel emptio & venditio est. *l. Sabinus 20. ibi: nec posse ullam locationem esse, ubi corpus ipsum non detur, ab eo, cui id fieret & c. D. de contrab. empt. vid. l. convenit 68. ibi toties enim conductio al. cujus rei est, quoties materia, in qua aliquid præstatur, in eodem statu ejusdem manet D. eod. tit. vel contractus innominatus, unde actio præscriptis verbis nascitur l. Naturalis 5. S. at cum do 2. l. si tibi decem 7. D. de præscript. verb.* Et hoc differt locatio & conductio ab emptione & venditione, quæ non in rei alicujus usû & fructû, vel operis hominum consistit, sed in rei alicujus alienatione. *l. 1. in princ. vers. sed quia non semper D. de contrab. empt. Nov. 7. cap. 1. vers. alienationis autem nomen & c.*

(c) Nam sine mercede certâ locatio non contrahitur. *l. si vir uxori 52. §. 2. D. de donationibus int. vir. & uxor. l. si convenerit 38. D. commun. divid. arg. princ. Inst. de Locat. & Conduct. l. locatio 2. in pr. l. si merces 25. in pr. D. eod. tit. Pinell. ad rubr. C. de res. ind. vendit. part. 1. cap. 3. n. 5. Wesemb. ad §. 1. Inst. de Locat. Conduct. Treutl. vol. 1. disput. 29. thes. 1. L. F.* Certa autem merces dicitur, de cujus summa inter contrahentes convenit. *l. si decem 52. D. Locat.* Sed utrum in pecunia tantum numerata merces consistere debeat, an verò etiam aliis in rebus constitui possit, controversum est? Quamvis *Accursius*, ejusq; affectæ simpliciter existimant, in pecuniâ numeratâ duntaxat consistere debere; eandem tamen non solum in pecuniâ numeratâ, sed etiam in aliâ quantitate, veluti mensurâ aut pondere quandoq; consistere posse existimamus. Constat enim ex supra dictis, aliam esse locationem & conductionem fruendi, aliam faciendi, sive aliam usus aliam operarum! non mirum est ergò, si etiam diverso jure regantur. Ita scilicet, ut in fruendi locatione quævis res fungibilis pro mercede iufficiat. *l. si olei 21. C. de locat. l. sed adde. 19. §. si dominus l. si pascenda 8. C. de pact.* At in faciendi locatione, sive operarum, ut pecunia numerata necessariò interveniat. *l. naturalis 5. S. at cum do 2. D. de præscript. verbis. vid. omnino Lopez animadvers. jur. ci-*

D vil. cap.

*vil. cap. 15. n. 4. Hilliger. in Donel. enuc. 13. com. 6. l. in fine & l. K. præca-
teris verò Rim. decad. II. contr. 1.*

(d) Nam ut emptio & venditio sine pretio sic locatio & con-
ductio sine mercede non contrahitur *l. sicut. empt. 20. D. locat. l. si cõ-
venerit 23. D. com. divid. merces ob similitudinem emptionis & lo-
cationis quandoq; dicitur pretium. l. & hæc distinctio 35. §. 1. l. quod si
domi 28. §. 1. D. locat. l. si quis ante 10. D. de acquir. poss. l. ult. §. ult. D. ad L.
Rhod. de jact. & merces, quæ ab inquilinis datur etiam pensio di-
citur *l. 3. C. de locat. l. si quis. 9. §. ult. D. eod. tit.* Interdum etiam *reditus*
l. pen. ult. §. insulam D. de leg. 2. merces verò quæ à colonis datur, simi-
liter quandoq; *reditus* dicitur *l. fundi 38. D. de usufruct. legat. inter-
dum redactus*, quasi pecunia ex fructuum venditione redacta *l. de-
fund. a 58. §. penult. D. de usufruct.* Merces autem quæ pro rebus deve-
hendis naviculario datur. *Naulum* item *vestura* dicitur *l. ex con-
ducto 15. §. item cum quidam de locat. l. ult. D. ad L. Rhod. de jact. l. cum
servus 39. §. 1. D. de leg. 1.* Quæ pro meritoriis stabulis & jumentis
datur, dicitur etiam *viaticum l. cum duobus 52. §. si quis D. pro socio.*
merces deniq; quæ datur pro operis honestis veluti advocatis dici-
tur propriè *honor* item *honorarium* tum etiam *salarium l. qui ope-
ris 38. in fin. D. locat. l. 1. §. in honorariis 10. D. de Extraord. cognit. vid. Co-
ras. Miscell. lib. 2. c. 11. & 12. Calv. in lex. ad hoc vocab.**

Hisce breviter præmissis dicendum etiam est, quis sit loca-
tor quis item conductor, nec enim de eo inter omnes convenit.
Omissis igitur superfluis arbitramur locatorem & conductorem
describi posse in hunc modum. *Locator* est qui definita mercede
vel rem utendam alicui concedit, vel, in operis præstandis se ali-
cui offert, *Conductor* verò est, qui definita mercede vel rem uten-
dam ab aliquo accipit, vel in operis præstandis placitum offeren-
tis suscipit. *vid. omnino Bocer. hic n. 94. & seqq. Cujas. lib. 2. observ. cap. 28.*
Jam ad præstationes. De quibus summa hæc esto comprehensio:
Locator vel *conductor*, i. e., qui datâ, acceptavè mercede vel uten-
dum quid vel faciendum dedit vel suscepit, præstare debet præter
dolum & latam culpâ, etiam levem *l. 5. §. nunc vidend. 2. D. Commod.
l. si quis 9. §. Celsus autem l. videamus 11. in pr. l. si merces 25. §. culpa autem
l. cum in plures 60. §. servum D. locati.* Levissima autem culpa non præ-
statur. Ratio hujus regulæ est, quia hic contractus fit ad utriusq; u-
tilitatem *d. l. 5. §. 2. D. Commodat.* Nam sicut ab altera parte versatur
commo-

906

commoditas utendi, fruendi vel operarum: Sic ab altera parte ver-
satur merces, quæ pro usu vel fructu numeratur sive penditur. Si
itaque fornacarius servus conductoris ad fornacem obdormivisset, &
domus fuerit exusta, actione locati tenebitur conductor, si negligens
in eligendis ministris fuit. *l. si servus 27. §. si fornaciar. 5. D. ad L. Aquil.*
Similiter si quis dolia vitiosa ignarus locaverit, deinde vinum efflu-
xerit, tenebitur in id, quod interest: nec ignorantia ejus erit excu-
sata *l. sed addes. 19. §. 1. D. Locati. vid. Bocer. hic cap. 4. n. 97. Rittersb. cap.*
9. vers. Exempla sunt varia, in quibus cernitur usus regule & c. ubi
plura exempla subjiciunt & ad contraria respondent.

Item dotis datio) Dotis (a) datio est contra-
ctus (b) re constitutus (c) quo maritus ad do-
tem acceptam soluto matrimonio restituen-
dam obligatur (d).

(a) de variis notionibus hujus vocabuli *vid. Rittersbus hic cap.*
10. vers. ad vocabulum quod attinet & c. Treutl. vol. 2. disp. 7. tb. 2. lit. A.

(b) dotis enim datio inter contractus numeratur *l. exigere 65. D.*
de judic. l. si ut certis 5. §. nunc videndum 2. D. commodat. l. 1. D. de jur. dot.

(c) Nam nisi corporaliter dotem tradiderit mulier, non obliga-
tur de eâ maritus, ex sola conventionione, vel pudis instrumentis *l. 1. C.*
de donat. ant. nupt. text. notabil. in l. si quis 9. ibi: sed quam se corporaliter
tradidisse docuerit. C. de bon. proscript. l. 1. in dotibus 3. C. de dot. caut. non
numerat. vid. Regulist. & Dd hic.

(d) Matrimonio soluto dominium dotis (*vid. omnino Bocer. hic*
cap. 4. n. 103. & seqq. & Dd. ad l. 30. C. de jur. dot.) ad mulierem recidit,
ut eam salvam & integram revocare possit. *vid. tit. D. solut. matrim.*
quemadmod. dos pet. l. in reb. 30. C. de jur. dot. l. uzic. C. de rei uxor. act. Sed
de his suo loco plura videbimus.

Confertur autem dos vel dictione (quæ in desuetudinem abiit.
Regulist. hic. Rittersb. c. 10. v. etsi enim dos etiam olim & c.) vel stipulatio-
ne, vel pacto vel datione. *Regulist. hic. de datione hic loquitur JCrus,*
dum dicit, in dotis datione, seu in dote datâ præstari à marito do-
lum & utramq; culpam l. 5. §. nunc vidend. 2. D. commod. l. in reb. dotal.
17. D. de jur. dot. Ratio supra posita est: utriusq; enim utilitas in eo
versatur; mariti, qui pro oneribus matrimonii dote fruitur. Wesenb.

in *D. de jur. dot. n. 6. & Dd. comm.* mulieris verò, quia facilius nubit. *l. Reipublica 2. D. de jur. dot.* Verum hæc ita se habent, nisi res dotales vel æstimatæ sint, vel numero, pondere mensuræ constant: aut mulier in mora sit. *vid. l. si rem æstimat 14. l. 42. l. res in dotem data 42. D. de jur. dot. l. si mora 9. l. semel. mora facta. 25. D. solut. matrim. Wesenb d. l. n. 9. vid. Regulist. hîc. præ cæteris verò Rittersh. cap. 10. vers. nunc post divisiones, & c.*

tutela) Tutelæ administratio non est verus contractus, sed quasi. *§. tutores quod 2. Inst. de oblig. quæ quasi ex contract. nascunt.* Quare per contractus nomen in *pr. bujus l. subintelligitur* etiam quasi contractus. De tut. *inf. ad l. quæ tutela 73. plur. subjiciemus.* recipit autem tutela dolum, latam & levem culpam. *l. 4. l. quicquid 7. C. arbitr. tutel. l. 1. in pr. l. cum tutor §. ult. D. de tut. & ration. distrab. l. sine herede. §. 1. D. de administr. tut. l. si tutoris l. liberti. C. dict. tit.* Eadem enim diligentia à tutoribus circa administrationem rerum pupillarium præstanda est, quam paterfam. rebus suis ex bonâ fide præbere solet. *l. à tutorib. 33. D. de admnistrat. tut. l. 1. D. de tutel. & rationib. distrab. l. tutor 13. §. 1. D. de Administr. & peric. tut. Dec. Hippolyt à Collib. Bocer. Rittersh. & alii Regulist. hîc. Carpz. in l. P. F. R. S. part 3. const. 15. D. 26. n. 8. Hæredes tamen tutoris ex levi culpâ non tenentur. Carpz. d. l. part. 2. cõst. 11. def. 35.*

negotia gesta, in his quidem & diligentia)

Negotii gestio (a) est quasi contractus (b) quo quis alterius negotium sine mandato gerendum suscipit. (c).

(a) Negotii appellatio omne id generali significatione completitur, quod ad rem familiarem pertinet. *vid. Treutl vol. 1. disp. 10. §. 1. l. A.*

(b) *§. 1. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. l. 5. in pr. D. de O. & A. & tot. tit. D. & C. de negot. gest.* Dicitur tamen aliquando contractus ut hîc & in *l. sed & cum aliquis 16. D. de negot. gest. quomodo & tutela contractibus annumeratur. l. ex contractibus. 49. D. de O. & A.* sed hoc fit abusivè, & in latiore significatione vocabuli contractus, de quo *supr. dict.*

(c) Diligenter hîc separanda est negotiorum gestio à mandato; discernendus quoq; est negotiorum gestor à mandatario. Differunt enim i. in eo, quod *mandatum* sit verus & proprius contractus: negotiorum

907
tiorum gestio verò quasi contractus. 2. Negotiorum gestor propriâ voluntate constituitur, & propriâ etiam voluntate desinit *l. tutori. 20. C. de negot. gest.* Unde etiam voluntarius procurator appellatur. *Cujac. 7. obs. 26. & lib. 10. c. 25. Treutl. d. vol. 1. disp. 10. tb. 1. in fin.* sed Mandatarius sive Procurator propriè & absolutè sic dictus, alterius mandato constituitur, *t. t. inst. & D. Mandati.* Plures different, *vid apud Rittersb. hic cap. 12. vers. 3. Mandatarius obligatur etiam antequam quicquam & c.* Negotiorum itaq; gestio est, si administrantur bona alicujus sine ipsius mandato, *vid. Bocer. hic. c. 4. n. 111.*

Recipit autem negotiorum gestio non solum dolum, sed etiam culpam levem *l. si negotia 11. D. de negot. gest. l. Tutori 20. C. eod. tit. idq; regulariter & plerumq; fit. Bocer. hic d. cap. 4. n. 112. Schneidw. ad §. 1. inst. de obligat. quæ ex quas. contract. nascunt.* Neq; obstat, quod mandatarius, cui etiam similis negotiorum gestor videtur, levissimam præstat: ratio enim differentia hæc est. quia in mandato verus intercedit contractus, in gestione negotiorum quasi-contractus: mandatarius vel precibus vel jussu compellitur, negotiorum gestor summa amicitia motus id facit. Non igitur tanta diligentia ab ipso exigere debet. Atq; id, *inquit Justin. utilitatis causa receptum est, ne absentium negotia, qui subitâ festinatione coacti nulli demandata negotiorum suorum administratione peregrè profecti essent, desererentur, quæ sanè nemo curaturus esset d. §. 1. inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nascuntur. Vid. omninò Rittersbus. hic cap. 12. vers. His præmunitis nunc videamus & c. Arum. Exercit. 15. tb. 11. qui resolv. contraria.* Interdum tamen de dolo duntaxat gestor tenetur, veluti si affectione coactus, ne mea bona distraherentur negotiis se meis obtulit, *l. 3. §. interdum D. de Negot. gest.* Interdum non tantum dolum & levem culpam præstat, sed etiam levissimam, ut si alius administraturus esset negotia, *d. §. igitur 1. inst. de oblig. quæ ex quas. contract. nascunt.* Interdum etiam præter dolum & omnem culpam, casum quoq; præstat, ut cum novum negotium, quod non sit solitus facere Dominus, gestor ejus nomine gerit, *l. si negotia 11. D. de negot. gest.* Alias regulariter casum fortuitum præstare non tenetur, per ea quæ supr. diximus, *Vid Schneidw. ad. d. §. 1. inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nascunt. n. 7. & Regulist. hic.*

Societas) Societas est contractus consen-

D 3

su

sūinitus (a) de rebus & operibus honestis (b)
in quæstum communicandis.

(a) Est enim societas ex eo genere contractuum, qui lolo consensu perficiuntur, *Inst. de obligat. ex consens. l. consensu. 2. D. de O. & A.*

(b) Nam & res & operæ in societatem conferuntur, §. de illa sane conventionem 2. *Inst. de societate l. si non fuerint 19. D. pro soc. & quidem honestæ.* Rerum enim inhonestarum nulla est societas *l. nec præterminendum 57. D. pro soc. Wesenb. in τ. pro soc. n. 5.* Cæterum quot & quibus modis societas contrahitur hic loci prolixè explicare propositi nostri non est, *vid. Schneidw. ad pr. inst. de societate n. 4. & Dd. ibidem citat.*

(c) *Arg. l. coiri societatem 7. & seqq. D. pro soc.* Est igitur hoc societatis proprium, ut jure quodam fraternitatis non tantum lucra, sed etiam damna periculaq; inter socios communicentur *l. cum duobus 52. §. utrum ergo 2. & seqq. D. pro soc. Wesenb. in τ. eod. n. 9. Vid. Rittershus. hic cap. 13. vers. porro desiniri potest. & c.* Porro, in hoc contractū, qui utriusq; contraentis causa fit, socios inter se dolum, utramq; culpam præstare oportet, *l. 5. §. nunc videndum 2. D. commodat. l. 10. de compensat. §. ult. in. Inst. de societate.* Exactissimam enim diligentiam hic contractus non requirit: Sufficit enim diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus socius adhibere solet, quoniam, qui parum diligentem socium sibi acquirit, de se conqueri debet, *d. §. ult. ubi Schneidw. inst. de societate Decius hic n. 39. vid. Bocer. ibid. cap. 4. n. 117.*

Et rerum communio & dolum & culpam recipit.) Rerum communio est quasi contractus, quo proprio quodam jure absq; conventionem invicem obligantur illi quorum res quædam communes sunt, ad eas dividendas & præstationes personales inferendas.

Differt igitur rerum communio à societate (*vid. Rittersh. hic cap. 14. in princ.*) quod societas per expressam conditionem contrahatur communio verò cirra expressam conventionem casu plerumq; contingat, *l. ult. sit pro socio 31. l. ut in conductionib. 33. D. pro soc. ac proinde communio non contractus est, ut societas, sed quasi contractus §. itaq; si inter aliquos 3. inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nascuntur. Exempla vid. possunt in l. 1. l. 2. & tot. tit. D. Commun. divid. & tot. tit. D. & C. fanus l. exerciscund. apud Bocer. hic cap. 4. n. 119. & seqq.*

Præ-

908
Præstatur autem in rerum communione dolus & utraq; culpa, quia,
fit utriusq; partis gratia l. & puta 16. §. sed etsi 2. D. famil. eriscund. l. bere-
des ejus 25. §. non tantum 16. D. eod. l. 4. in fin. C. com. divid. l. si is cum quo 20.
D. eod. vid. Regulist. & Hippolyt. & Collib. hîc. qui ad contraria respond.

Sed hæc ita nisi quid nominatim convenit vel plus vel minus: in singulis con-
tractibus. Nam hoc servabitur quod ab initio convenit, legem enim contractus
dedit.) Pacta quæ contractibus subjiciuntur, vel eos omninò mutant,
vel tollunt, vel eis quid adjiciunt, vel detrahunt l. pacta 72. D. d. contra-
hend. empt. l. in conventionibus 52. D. de V. O. l. juris gent. 7. §. adeo. & l. si u-
nus 27. §. pactus ne peteret D. de pact. Sic pacta quæ modorum, causa-
rum, & conditionum gratia contractibus subjiciuntur, vel iis ejusmo-
di conditiones (de quibus supra) adjiciunt, si eas suâ indole & natura
non recipiant, vel illis naturales eas conditiones, ut & conventio-
nales detrahunt. Et hoc est quod hic Ictus ait: *sed hæc ita nisi quid & c.*
Utraq; enim pacta, tam detrahentia quam adjicientia dicuntur l. da-
re contractibus l. in conventionalibus 52. D. de U. O. cum similibus. Valet
itaq; conventio præter naturam contractus, ut quis in plus vel minus
teneatur, quam de jure obligatus sit, quia Contractus ex conventionē
L. accipiunt ut hîc, c. contractus 85 de R. Jur. in 6. Procedit tamen hæc
conclusio, quando natura contractus solum alteratur: secus, si mu-
tetur illud quod esset de substantia contractus, quia tunc conventio
non valet, l. cum precario 12. D. de precario l. 2. D. de usu fr. earum rer. quæ u-
sû consum. l. per servum, §. deniq; C. de usu & habit. l. pacta conventa 72. & l.
sua manu 80. §. fin. D. de contrab. empt. Et hoc iterum intelligitur, nisi
conventio posset in dispositionem transire: quia tunc illa conven-
tio, quæ non valet prout agi videbatur, in aliam dispositionem trans-
fertur, quando verba conveniunt & hoc patuntur l. ubi ita donatur 27.
& ibid. Bart. & Dd. D. de mort. causa donationibus. Plura qui de pactis con-
tractibus adjectis scire cupiant, præter Dd. in l. juris gent. 7. D. de pact. l.
petens ex stipulatione 27. C. eod. vid. Cujac. tract. ad African. in l. potius Sem-
pronio 24. D. de prescript. verb. & in d. l. 7. D. de pact. lib. 10. observ. c. 24. Don.
in l. in bon. fid. 13. C. eod. tit. n. 33. & in l. si ita 135. §. Seja cavit D. de V. O. n. 12.
& 14. Johann. Borcholt. in Commen. in d. tit. D. de pact. cap. ult. n. 46 & tit.
de usur. cap. 3. n. 7. & 8.

Excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolus
prestetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, & ita utimur.)
Intelligendus est autem dolus non præteritus, sed futurus: sive quem

pacis

SOLE DEO GLORIA

1320
paciscens demum post pactum commissurus est, non quem antea jam
admiserat, gl. & Dd. in l. si unus 27. §. illud. 3. D. de pact. Bart. in l. quidam de-
cedens in princ. D. de administrat. tut. Dec. hic n. 44. vid. Rittersb. hic c. 17. vs.
deinde quod ad, Sed quid dicendum erit de lata culpa? pactum ne lata
culpa praestetur, non valere verius videtur. Rationem hanc reddere
possumus; Quia tale pactum non minus invitaret, si non ad diligenden-
dum, ut pactio de dolo non praestando, saltem ad segnitiam & socor-
diam ac supinam negligentiam, imò aliquando ad versutiam, quae in
contractibus non minus damnosa esse solet, quam ipse dolus. Unde e-
tiam lata culpa dicitur passim l. Cuius dolo proxima: ut supra diximus.

*Animalium vero casus mortes, quae sine culpa accidunt, fuga
servorum, qui custodiri non solent rapina tumultus, incendia, aquarum
magnitudines impetus praedonum, à nullo praestantur* Ex hisce verbis
talis extrui potest regula; Quae fortuitis casibus (de in solitis con-
sul. Gail. 2. obs. 23. n. 18. 19. Bernb. Grav. l. 2. concl. 23. confid. 4. n. 6. Hillig.
in Don. Enucl. l. 16. c. 3. l. C. Carpz. in juris pr. For. part. 2. c. 26. d. 8. n. fin. Rauckb.
p. 2. quest. 29. n. 19.) seu vi maiore accidunt, siue damna fatalia, quae nullam
diligentiam humanam praevideri & praecaveri potuerunt, ea ex natura
contractus non praestantur, l. quae fortuitis 6. C. de pignoratit. act. l. in re-
bus 18. D. commod. §. fin. Inst. quibus modis re contr. oblig. cum similib. vid. Re-
gulist. hic. Fallit tamen haec Reg. 1. Si fuerit à debitore commissa mora
l. quod te mibi. D. de R. C. si cert. per. 2. Si culpa praecesserit, §. item is cui 2.
Inst. Quib. mod. re contr. oblig. l. in rebus 18. D. commod. Roman. consil. 9. 3.
Quando quis pro casu fortuito se obligavit, l. 1. C. deposit. l. negotium. C.
de negot. gest. Regul. hic. Caeterum, quod Ulpianus sub huius l. fin. ad casus
fortuitos & incendium refert, id non minimam parit contrarietatem
vid. l. 3. §. 1. D. de offic. praefect. vigil. l. si vendita 11. in princ. D. de peric. & com-
mod. rei vendit. Verum contrarietas ista dissolvi potest distinctione
personarum. Respectu enim ejus, qui culpam vacat incendium est ca-
sus fortuitus, sed respectu illius, cujus culpa illud factum est, fortuitis
casibus annumerari non potest. Etsi igitur culpa inhabitantium in-
cendium exortum fuisse praesumitur; aliorum tamen intuitu illud
sic comparatum est, ut provideri non potuerit. Unde indubio incen-
dium culpam inhabitantium factum esse praesumitur tantisper dum ab
his casus fortuitus probatus fuerit, videlicet ignem vel è Caelo inje-
ctum, vel ex vicinorum aedibus, vel alias immissum fuisse, Zas. in de
offic. praefect. vigil. n. 5. Mascard. in concl. 892. n. 3. vol. 2. de prob. Menoch. l. 2. de
arb. jud. quest. cas. 390. n. 6. Gail l. 2. obs. 21. n. 3. vid. Carpz. in prax crimi-
nal. part. 1. quest. 39.

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle
002 684 632


3



Vd 17







8780

DEO OTIMO MAXIMO FORTUNANTE,
ENODATIONEM
LEG. XXIII. TIT.
PANDECTARUM
POSTREMI,

56.
891
4
4

Quæstionibus materiæ subjectæ
convenientibus illustratam, & ad disputandum

In Inclytâ Leucoreâ

Ex Decreto atq; Autoritate Amplissimâ
Collegij Juridici propositam,

SUB PRÆSIDIO

HENRICI COSELII
de Pezlinovez Prag. J. U. D. Facult. Jurid. Assessoris,
nec non Curia Electoralis Advocati Ordinarij,

Eruditorum Examine subiciet

LAURENTIUS FRIDERICUS Schöber
PRAGENSIS.

*Ad diem 1. Maij
horis & loco consuetis.*

133

WITTEBERGÆ

è Calcographéo JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
ANNŌ M DC XLVIII.